

appareret. Et similiter supplicatum nobis fuerit per Frossini relictam Syphy Syphopuli capitis rebellium nostrorum Crete iustificati de relaxando seu banniendo,  
 10 quatuor eius filios carceratos in dictis carceribus propter nequam rebellionem dicti Syphy patris eorum. Uaudit pars quod scribatur Duche et consiliarijs nostris Crete, quod dictum negotium filij prefate Marie, et similiter negotium filiorum dicte Frossini in consilio Rogatorum Candide si eis uidebitur, et si eis non uidebitur non ponant, et faciant inde, sed quod uidebitur consilio Rogatorum. Et  
 15 propterea petitiones predictarum mittantur dictis rectoribus, Ducalibus litteris intercluse.

Non sinceri 5, de non 10, de parte 45.

### 30

Περὶ ἐπιθεωρήσεως τοῦ λιμένος Χάνδακος καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπισκευῶν. 1336, Αὔγουστου 24.

F<sup>o</sup> 64<sup>to</sup> № 571. Millesimo trecentesimo xxxvi, die xxiv Augusti.

Capta. Quod committatur duche ituro in Creta et consiliarijs, et duche qui ibi est et consiliarijs, quod ipsi conueniant in simul et examinent conditionem et statum portus Candide, et laboreria in ipso portu facta et si uidebitur eis quod  
 5 in laborerio ipsius portus debeat procedi et laborari, procedatur et fiat, sicut per eos uel maiorem partem eorum fuerit ordinatum. Et similiter obseruetur de non laborando si per eos ordinaretur de non laborando, nichilominus rescribendo nobis conditionem ipsius portus. Et quicquid ordinatum fuerit per ipsos et suum  
 9 consilium.

### 31

\*Ανανεοῦται ἡ συμφωνία ἀγορᾶς σίτου 50.000 μοντζουρίων παρὰ τῶν τιμαριούχων Χανίων. Τίμημα  
 δρᾶται ὑπέρπυρα 18 δι' ἑκάστην ἑκατοντάδα μοντζουρίων. 1337, Ιανουαρίου 18.

F<sup>o</sup> 91<sup>r</sup> № 834. Millesimo trecentesimo xxxvi, die xviii Januarij.

Capta. Quod confirmetur pactum alias factum cum pheudatis Canee, de mensuris L mille frumenti dandis per ipsos omni anno nostro communi, usque ad quinque annos proximos, pro pretio solito yperperorum XVIII pro quolibet centenario quibus mittatur cappare solite, scilicet medietas solutionis, cum conditione quod ipsi teneantur dare et designare dictum frumentum omni anno in Chaneam usque ad medietatem mensis Septembris illius anni presentis, bonum et mercantante, quod non sit de mauroterra. Et quod illi, qui non dederint ad illum terminum, cadant in penam dupli capararum predictarum, quod capitalem et penam, rectores Canee excutere teneantur per totum mensem Nouembris ipsius anni presenti. Et sic consulunt officiales frumenti.

